



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

§. 72. Aliorum capitum examen, ac censura.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](#)

Sæcul. XVI. to, damnari non possint, si vero A.C. 1546. pliciter tanquam homines, ac non attento Prædestinationis decreto spectentur, tunc admittendum asserebant, quod illi damnari valeant, cum potuissent non eligi. Hanc doctrinam illustrabant, desumentes exemplum ab eo, qui plorat, ridere non potest in eo sensu, quod planctum cum risu conjungere valeat, in alio tamen sensu ridere potest, dum scilicet hosce duos actus ab invicem separatos exercere valet.

## §. LXXII.

*Aliorum capitum examen, ac  
Censura.*

**R**eliuos articulos communi suffragio Patres censuræ subjiciebant, affirmantes, *perpetuam extitisse omnibus sæculis Ecclesiæ opinionem*, multos ad tempus gratiam divinam accipere, & conservare, quam deinceps amittant, & in condamnationem incurvant. *Eam in rem afferebant exempla Saulis, Salomonis, Judæ unius Ezech. 3. & e duodecim.* Ad quinti articuli censuram allegarunt Prophetiam Ezechielis, apud quem Deus ita loquitur: *si justus justitiam deseruerit, & inique fecerit, beneficiorum ejus non recordabor.* Circa sextum articulum Patres asserebant, quod vocatio in Zwinglianorum sensu nil nisi impia foret

Ezech. 3. &  
Exod. 33.  
18.  
Luc. 10.

foret delusio, si vocati, dum faciunt, Sæcul. XVI.  
quicquid in ipsis est, excluderentur, A.C. 1546.

& Sacra menta illis nihil prodeffent.

Præterea temeritatis damnatus fuit articulus septimus; excepti tamen fuere ii, quibus Deus ipsos in libro vitæ scriptos esse manifestavit, qua gratia Moy sen & Apostolos dignatus est. Absoluto hoc examine, circa Prædestinatio nis articulos anathemata conficiebantur, ut ea illis, quæ circa justificatio nem pronuntiata erant, opportune infererentur. Verum ut accuratior servaretur ordo, Corcyrensis Archiepisco pus animadvertisit, *articulos quosdam cum multis limitationibus, alios cum additionibus fuisse damnatos, proin tam has, quam illas censuris esse inferendas, ne aliquæ propositiones absolute damnarentur, quæ commodum sensum admittere possent.* Ex adverso alii affirmabant, ad cujusdam propositionis damnationem sufficere, quod perversum contineat sensum, præ fertim cum *confuetudine prisorum Conciliorum propositiones bæreticæ, nudæ, sicut ab hæreticis essent propositæ, sine limitatione essent damnatae, atque in materia fidei ad articulum damnandum sufficeret unus aliquis sensus falsus, qui incautos in errorem posset impellere.*

Censuit vero Senogalliensis Episco pus, quod *Doctrina Catholica a contra-*

Sæc. XVI. *ria segregaretur, & duo fierent decreta.*  
A.C. 546. *Unum, quo continua oratione sensus Ecclesiæ exponeretur, & firmaretur: Alterum, quo damnaretur, & anathemate fulminaretur doctrina contraria.* Id Consilium omnibus placuit: hinc mox duo illius exempla Romanam mittebantur, cuilibet vero Episcopo unum ejusmodi exemplar tradebatur, & Cervino Cardinali injungebatur, ut decreta, ac Canones conficeret. Interea usque ad mensis Januarii initium plures tam Præsulum, quam Theologorum conventus habebantur, in quibus præfatus Cardinalis hac super re cum singulis conferebat, ac cujusque sententiam exquirebat.

## §. LXXXIII.

*Quæstio de Reformatione agitari cœpta.*

Pallav. l. 8.  
 c. 2. n. 7.  
 Raynald ad  
 an 1547. n. 1.  
 Massarel. in  
 abt MS.  
 arch. Vatic.  
 p. 53.

Haud quaquam a Patribus neglectum fuit Reformationis negotium; præ primis enim proponebatur agendum esse de dotibus, quæ in Ecclesiæ Ministris ad majores dignitates promovendis requirerentur: verum hujus quæstionis discussio eo consilio differebatur, ut lis de Episcoporum Residentia decidiri posset. Porro jam ineunte mense Julio Cardinalis Montanus Patres monuerat, ut obstatula, quæ circa Epis-